



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 154. Clementis IX. Pontificis Maximi obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

talibus degentium. Denique die vige- Sæc. XVII.
 sima tertia ejusdem Mensis Alexan- A. C. 1669.
 dri VII. decretum circa Altaria privi-
 legiata perpetua ad temporaria, & om-
 nibus hebdomadæ diebus decorata
 extendit.

§. CLIV.

*Clementis IX. Pontificis Maximi
 obitus.*

Postquam infelix fama de Cretensi In-
 sula Turcis dedita, & tot Nobilium,
 Belliducum, & Christianorum militum
 clade Romanam urbem pervaserat,
 Clemens IX. Papa tanto afficiebatur mæ-
 rore, ut in assiduas effusus lacrimas
 triduo post in subitanam ægritudinem
 prolaberetur: at primo quidem aliquan-
 tulum remissior morbi vis haud dubiam
 longioris vitæ spem per aliquot dies fe-
 cerat, unde Pontifex pro more suo rur-
 sus rerum publicarum curis tam assidu-
 e incubuit, ut a nemine persuade-
 ri posset, quatenus nonnihil a mo-
 lestis hisce laboribus conquiesceret, tan-
 dem vero recrudescente morbi impetu
 Pontifex, cujus corpus aliunde gravi
 senio, curis & vigiliis exhaustum erat,
 ex improvise viribus adeo destitutus
 concidit, ut omni spe conclamata in-
 ter suorum brachia illico exspiraturus

E e 2

crede-

Sæc. XVII crederetur: nihilominus pro ea, qua
A.C. 1669. semper præditus erat, animi magni-
 dine præcipitem hunc casum revocata
 veluti viribus adhuc eluctabatur, &
 mente omnino integra Purpuratorum
 Senatum convocari jubebat, cui etiam
 eloquentia vocisque intensione supra
 brevi morientis morem ac fidem viva
 Ecclesiæ salutem, & futuri Successoris
 electionem commendans, simul om-
 novos, ut memoravimus, Cardinales
 nominabat. His ita dispositis nego-
 tium ordiebatur omnium ponderosissi-
 mum, totius scilicet vitæ & ætatis
 excusationem, qua facta sacris Ecclesiæ
 sacramentis muniri petens, declina-
 bat, eam sibi esse voluntatem, ut
 mortuo nullum honorificum erigeretur
 monumentum, sed rudi marmoreo
 pavimento Basilicæ Liberianæ hæc
 taxat verba insculperentur: *Clemen-
 tis IX. P. Cineres.* Tandem vero
 crebras pœnitundinis lacrimas, & in-
 mis e sensibus proruptas ad Deum
 ces die nona Decembris insolito
 & Orbis luctu decessit, anno ætatis
 vix non septuagesimo, Pontificatus
 cundo cum quinque mensibus & novem
 decim diebus.